

265
146

Amice perpetuo colende.

Literas Tuas, adjectumque Catalogum dudum accepi. Nunc faberi cogor me tam lentè in commisso mihi negotio processisse, quam Tu promptè illam meam petitionem exsecutus es. Martini Appendices exscriptas quidem penitus sunt, & aliquam partem collatas. Jam cum à Dño Doct. Dubornio intelligam Te illis brevi indigere collationi, quantum restat, sine morâ me accingam, eâque absolutâ, omnia illa mittam. Interea obnixè peto ne huic mea tarditati succenseas, quam et Tibi nihil incommodi adhuc attulisse spero. Bene est quod Martinum Minoritam alteri jungere propolis, vellem & adpiceres Hermanni Korneri, similis Savinae, Chronicon universale, quod in Luneburgenfi & Lubecensi Bibliothecis Mstam affervatur, nunquam editum. Vix credere poteris quanto me gaudio affererint illa quae de Ditmari editione scribis. Quod si illa Tibi succedant, omnes Germanos Danosque, qui majorum suorum acta non negligunt, maxime obligeabis. Nosti ex Sagittarii Introductione illius auctoris Mstam in Archivo Electoris Saxoniae Dresdae affervatam, ^{fuisse} quod unicum superesse hactenus creditum fuit. vellem aliquando scire utrum illud ipsum habiturum Te speres, an forte aliquod aliud expiscatus fueris. Quod si diversum à Codice Dresdensi Cap

quo editiones quas habemus desumpta sunt) exemplar
 nascaris, opera pretium erit de dicto Dresdensi co-
 dice Archivi praefectum sollicitare. Ivi si obtineri
 nequeat, illius aliqualem vicem sustinere potest ex-
 emplar Meibomianum, cum eo, nescio à quo, colla-
 tum, de quo videri potest eiusdem Meibomii Intro-
 ductio in Historiam Saxoniae, et qui illi Introductioni
 sua debet Sagittarius in dicta Introductione ad histo-
 riam Ecclesiasticam. Dignus certe est scriptor qui
 tua industriam genuinam recipiat formam, cum e-
 mendatio illa, quam circa eum se procurasse Reinec-
 cius dicit, depravatio merito vocari debeat. Perge
 in proposito vir eruditissime, et, quod reliquum est,
 incolumis diu multumque vale.

Tui semper & ubiq; studiosissimus

Lipſiæ 3 Maii 1696. Arnas Magnus.

P.S. Mensem integrum, aut circiter adhuc heic commo-
 rabo, unde si quaedam scribenda ^{Tibi} occurrant, illa facili-
 ter ante abitum meum habere queam.

Chronicon cuius initium: Considerans Historia Sacra proli-
xitatem. Catalog. Feller. pag. 314. Num. 47. in vita Arnul-
 fi Imperatoris pontifices Romanos illius temporis enumerat,
 nempe Stephanum, ac post eius obitum per diversas factio-
 nes electos Formosum & Sergium. post Formosi obitum e-
 lectum Donifacium, aique se denuo opponentem Sergium pre-
 dictum, qui Formosi corpus affodi curaverit. Tandem ad-
 dit: Sergius post haec de numero papali fuit delectus, pro-
 pter suam malitiam, & Donifacius exaltatus est. Fuit &
 alius Pseudopapa, cuius nomen & anni ignorantur. Nam mu-
 lier erat, ut fatentur Romani, & elegantis formae, magne
 scientiae, & in hypocrisi magne vite. Haec sub virili habitu
 latuit, quousque in papam eligitur. Et haec in papatu con-
 cepit; et cum esset gravida, demon in consistorio publice
 coram omnibus ^{prodit} prodidit factum, clamans ^{ab Episcopo} hunc verbum:
papa pater patrum papisse pando partim. Desinit
 hac Chronicon in anno 1261. Hac eandem historiam
 usdem serè verbis habet ^{in Compilatio Chronologica} Siffidus presbyter, vulgo Mynen-
his qui initio seculi XII. floruit. Inveni in librarium
 sine auctore, forsitan. Tibi notum. Titulus illius est: Apo-
logia Ecclesiae Anglicanae. impressus est Londini 1584.
 in 8vo. Illius pag. 57. Joanne papisse historia adfertur
 diciturque papissam, lustranda civitati intentam, inspectan-
 tibus Cardinalibus & Episcopis palam in publico peperisse.
 In margine hac habentur: Statua eiusdem femina par-
turientis ad huc Roma (corrige Rome) est. Haec scribo,
 non quod Tibi magno usui esse censeam, sed ut studium in te
 meum, etiam in minutissimis ostendam. Paulum Colomesium
 nominare oblitus sum, qui Galliae orientalis pagg. 200. 201.

266
Gervasium Tilleberiensem hanc historiam quoque habere re-
fert. Vixit Gervasius ille, circa initium seculi XIII. Ottoni
quarto Imperatori coeuvus, Cupus operis (de otibus Imperialib.
inscripti) partem aliquam à Madero Helmstadenſi editam
habetis, integrum opus in Bibliotheca Academ. Helmstad.
affervatur. Et Codex Vossianus, quo usus est Colomesius, in
Bibliothecam Lugduno Batavam transfuisse videtur. Wagen-
seilius, professor Altorfianus, in Exercitatione de pontifi-
abus Romanis ex Germanicâ gente creatis, Martini po-
loni vetustim Codicem affervatum hodie in Bibliotheca
Gymnasia Heilbrumenſis (ecce adhuc inuim exemplar, quod
collationi forte inferuire poterit) in testimonium huius
rei adducit, quippe qui papissae historiam contineat.



A Monsieur
Monsr des Vignoles
Ministre de l'Eglise Françoise
a
Brandenbourg.
& amij.

M. Magnaut. S. Mai. 96.

267v